

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Eunuchus I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

I.

1.

- Prima igitur scaena deliberatiuam integram tenet, quae talis est: deliberat adolescens, an expulsus a meretrice, cui munera missurus est, rursus rogatus ut redeat
- 46 iterum reuertatur. — **1** QVID IGITVR FACIAM haec deliberatiua duas partes in propositione deliberantis continet <et> 5 ex utraque parte argumenta, sed eo hic seruus accedet, ut possit alteram partem persuadere. deliberatiua utique ab honesto et ab utili et ab eo an fieri possit et an necesse sit semper diuiditur. haec igitur an seruata sint considerare debemus. ac primo propositio est QVID IGITVR 10 FACIAM, quae communis est ad utramque partem. deinde incipit una pars NON EAM. adiecit causam cur ire debeat
- NE NVNC QVIDEM CVM VLTRO ACCERSOR. deinde alterius
- 47 partis est propositio **2** AN POTIVS ITA ME COMPAREM. ab
- 48 honesto diuisio ponitur **3** NON PERPETI MERETRICVM CON- 15 TVMELIAS EXCLVSIT REVOCAT REDEAM NON SI ME OBSECRET. rursus diuisio in alteram partem ex diuisione uidelicet illa
- 50 an fieri possit, ut amator contemnat quam diligit **5** SI QVIDEM HERCLE POSSIS NIHIL PRIVS NEQVE FORTIVS, et quasi asserit fieri non posse. deinde adiungit ab inhonesto, quod 20 ultro ad eam ueniet. atque hic adiungit et ab inutili 'quod confessus fueris te amare, eludet, ubi te uictum senserit'. consideratis partibus adolescens concludit ad
- 56 ipsam rursus deliberationem **11** PROIN TV DVM EST TEM- PVS ETIAM ATQVE ETIAM COGITA ERE QVAE RES IN SE NEQVE 25 <MODVM NEQVE> CONSILIVM. hic iam persuasio accedit, quo-

1 igitur *om. B' (edd.)* || 4 iterum *G*, ut *LVS, om. FB'* | reuertatur <ad ipsam meretricem thaidem> α || 5 duas partes] oratio est α | propositione] est *add. VS* | et *add. W.* || 6 eo *Zeune*: ea *codd.* | accedit *GF'*¹ || 8 honesto <est> *codd.* || 10 primo post est α || 12 ire <non> *F*, iri α || 13 accesor ultro *F* || 17 diuisio <illa> *L* | uidelicet *W.*: uidet *L, om. rell.* || 18 contempnet *L* α | quē *LB'*, que *G* || 23 <et> adolescens *G* || 24 tempus est tempus (t. 2. *om. FG*) β || 25 IN SE] inquit *codd., cf. infra* || 26 accidit *L* α

niam cogitatio superior ex utraque parte concepta ad integrum aequali cogitationum ratione prorupit. persuadet autem, ut reuertatur ad meretricem, ab eo quod fieri non possit, ut non reuertatur. respondet autem se iniuriam passum. uerum quaestioni opponit illud, quod *in amore* semper 5
amantium ista sit consuetudo. ergo primo an possit repugnare: QVAE RES inquit <IN SE> NEQVE MODVM NEQVE
CONSILIVM HABET VLLVM EAM CONSILIO REGERE NON POTES.
aduersus iniuriam, quam passus est, sic opponitur con-

59 **suetudo 14** HAEC OMNIA VITIA SVNT INIVRIAE SVSPICIONES 10
INMICIALIAE INDVTIAE. — INCERTA HAEC SI TV CVPIAS RATIONE CERTA FACERE sensus est hic: si haec, quae in amore semper uarie contigerunt ac propterea uidentur incerta, si tu uolueris ratione corrigere, ut certa perficias, tale erit, inquit, ut si operam des, ut cum ratione in- 15
sanias. subiungit deinde orationem irascentis amatoris exclusi, in qua exprimitur ira, quae numquam uerbo complet, quod cogitat mens. ita posuit **20** EGONE ILLAM ut desit 'non puniam' QVAE ILLVM 'amat' scilicet QVAE ME 'excluit' QVAE NON aut 'ueretur' aut 'metuit': sic enim 20
iram exprimimus. haec igitur molestiam faciunt: 'tu ergo ea uitia *per curas* noli cumulare, ne sollicitudo geminetur'. et quoniam serui persuasio parum profecerat circa adulescentis animum dolentis quod esset exclusus*, optima

70 α^* [24] **25** O INDIGNVM FACINVS ex his, quae amori accidunt, et se et illam esse aliter atque aliter asserit, se miserum, illam scelestam dicens. cui seruus persuadet, ut se ab ea redimat quam minimo queat pretio. quam etiam

1 suscepta α || 2 prorupit <ere quae res in se> α || 4 respondit L || 6 ita LG | repugnat <dum proponit> α || 8 potest L || 9 consuetudo <ubi sic assumit (-itur S)> α || 11 <et post ita concludit> incerta <igitur> haec α | CVPIAS] postules Ter. || 13 uarie L, -ia rell. || 17 uerbo G, -a rell.; -is Zeune || 18 ut desit] scilicet α || 19 non om. α | <scilicet> amat α || 20 metuet L || 21 molestia L, -sta α | faciunt om. L || 22 per curas W.: percurras codd. || 23 partum L, -tim F || 24 dolentis animum α | optima] initium novae scaenae in α

ratione subiungitur scaena, in qua meretrix ipsa est, cuius praesentia et oratio persuadere possit et uultus, ut amator iniuriam ignoscat.

α Bacchidem longius sumpta (supra *S*) translatione definit quid sit, scilicet 'calamitas nostri fundi' id est miseria per hypallagen (yp-*codd.*), quod miseros faciat.

2.

81 1 MISERAM ME VEREOR NE ILLVD GRAVIVS PHAEDRIA TVLERIT in hac scaena primo controuersia est, dein deliberatiua. 5
controuersia talis est: adolescens amator missurus munera fuerat, quae eadem meretrix postulauerat, et multa alia. meretrix habens amatorem, qui promiserat uirginem quandam, quae aliquando eius meretricis soror dicebatur, sed aberrauerat <et> a praedonibus rapta uenumdata fuerat, 10 hanc inquam amator alius cum promississet, meretrix adulescentem amatorem exclusit. rea fit iniuriarum. haec controuersia ueniale statum continet: confitetur enim se fecisse iniuriam, uerum dicit necessitate, quod uelit eam puellam a milite recipere, quae sibi soror antea fuerat. 15 et quoniam semper uenialis status sub qualibet purgatione coniectura tractatur, an hoc animo fecerit siue necessitate siue alia qualibet causa, tractanda hic erit etiam similiter coniectura. quam quidem rem breuiter percurrit ipsa dicens (v. 16—17) 'non quo quemquam plus diligam, eo feci; sed ita erat res, faciendum fuit'. haec controuersia accusationem habet et defensionem, sed defensio perseuerat usque ad deliberatiuam: nam petitura est meretrix aliquot dies, se adu-

2 et uultus ante persuadere α | ut] et *LF* || 5 deinde *F* || 6 <quae> talis α || 7 postularat α || 8 meretrix — qui] cui alter amator α | qui <ei> *F*, om. *L* || 10 et hic add. *W.*; post rapta legitur in α || 12 <a se> exclusit α || 17 coniecturam (per coni-*G*) *LG* || 18 tractanda (-tata *G*, -ta *L*) hic erit] hic erit tracta α | coniectura similiter α || 19 ipse *LG* || 22 deliberatiuam <orationem> α || 23 aliquos *codd.* | se — pollicetur] et pollicetur haberi deinceps se a phedria adulescente suo amatore α

lescens amatorem futurum pollicetur. omnis autem petitio uim deliberatiuam tenet. ergo secundum ordinem ad singula reuertamur.

- Egreditur meretrix primo: ex hoc declarat se quod fecerit necessario fecisse, quod dicit VEREOR NE ILLVD 5 GRAVIUS PHAEDRIA TVLERIT NEVE HOC ALIORSVM ATQVE EGO FECI ACCEPERIT. duo posuit: 'ne <****' et 'ne' factum meum aliter Phaedria acceperit quam a me factum est
- 83 aut non intellexerit'. — 3 QVOD HERI INTRO MISSVS NON EST propositionem iniuriae tenuauit nunc, quod quasi minus 10 est ab excluso: non enim dixit 'quod exclusus est', sed
- 85 'quod intro missus non est'. — 5 ACCEDE AD IGNEM HVNC IAM CALESCES PLVS quidam intelligunt 'ad ignem' ad amorem, hoc est ad ipsam meretricem. sed melius illud est, quod quidem Menander aperte dixit, meretrices iuxta domum suam uel in atrio solitas habere aram Veneris uulgariae, cui cotidie sacrificent, ut hoc sit: 'accede ad ignem' hoc est ad aram, ut iocatus seruus sit 'iam calesces plus
- 86 satis'. — 6 TVNE HIC ERAS PHAEDRIA CVR HIC STABAS CVR NON RECTA INTROIBAS optimum principium sumpsit meretrix: cum rea ipsa sit facti, adulescentem coepit arguere,
- 87 quod non ingressus est. — 7 CETERVM DE EXCLVSIONE VERBVM NVLLVM hoc seruus dicit, quod meretrix callide loquitur. dicit tantum de iniuria, unde intelligi licet, quod hic exclusionem posuit, quia seruus accusatoris animo 25 dicit ad illa supra (v. 3) 'quod intro missus non est'. —
- 89 9 SANE QVIA HAE MIHI SEMPER FORES accusatio hic sumit exordium — quod quanto temperamento dictum est! —, quod non semper meretricis fores amatori pateant, quod riuales

1 petitio uim *W.*: petitionem (-tio orationem *B'*) *codd.* || 2 deliberatiua *F'* || 5 quod dicit] dicens α || 7 *lac. sign. W.* || 8 acceperit phedria α || 9 aut *W.*: an *codd.* || 10 nunc *W.*: non *codd.* || 11 quod] quo *LVS* || 15 meretricis *LFV*¹ || 16 haberet *LFV*¹ | aram *S*, ara *G*, annū *LFV*, ignē in arā *B'* | uulgariae *Lindenbr.*: illi carā (illic aram *F*, illis caram *G*) β *V*, ulli garā *S*; illecebrae *Schoell* || 17 ut hoc sit] pro hoc igitur dictum est ei α || 18 ut] et? | seruus <parmeno> sit <dicens> α || 22 est] sit? | 24 unde] id inde *Zeune* || 29 meretrices *LG*, -cis (*post fores*) α

- sibi praeponatur: hoc enim dixit QVIA SVM APVD TE PRIMVS. et cum meretrix dissimularet totum impetum, rursus
- 91 adulescens accusationes effudit **11** QVID <MISSA> O THAIS THAIS. iteratio nominis accusantis ostendit iracundiam. — VTINAM ESSET MIHI PARS AEQVA AMORIS TECVM sensus hic 5 est: utinam et tu amoris partem mecum habuisses: si enim hoc fuisset, posset contingere, ut in hac iniuria aut tibi doleret, ut mihi dolet, *aut mihi non doleret, ut tibi*
- 94 *non dolet.* hoc enim dixit **14** EGO ISTVC ABS TE FACTVM NIHILI PENDEREM hoc est: factum tuum contemnerem. — 10
- 95 **15** NE CRVCIA TE OBSECO ANIME MI PHAEDRIA incipit defensio, quae optimum principium tenuit, ut irascentis primum animus temperaretur. deinde consilio generaliter subiungit argumentum meretrix, sed coniecturale, quod non hoc animo fecerit, quo alium apud se uideatur habere po- 15
- 96 tiorem: hoc enim dixit **16** NON POL QVO QVEMQVAM PLVS AMEM AVT PLVS DILIGAM EO FECL. similiter subiungit gene- 17
- 97 rale aliud argumentum status uenialis ex necessitate **17** SED ITA ERAT RES FACIENDVM FVIT. post meretrix conturbata oratione serui petit audientiam, ut plenior origo narretur: 20 non tantum exclusionem ipsius narrare debet, sed et causam. post principia petit audientiam, qua concessa nar- 21
- 107 ratio incipit **27** SAMIA MIHI MATER FVIT. breuitas semper in narratione seruanda est et in dictione aperta uerba. ita hic *et* nomen et affectum et locum posuit habitationis. 25 narrat matri suae datam puellam dono a quodam mercatore ab Atheniensi ciuitate sublatam ac se ignorare dicit, utrumne ipsa ciuis Atheniensium fuisset <an> tantum de ciuitate sublata sit. adicit illud, quod 'nomen matris et patris dicebat ipsa' (v. 31): etenim proficit ad causam 30 eius rei, quam petitura est. scimus enim in narratione

5 amatoris L | sensus <enim> α || 6 amoris G, amatoris et (amoris post mecum addito) LFα | sic LVS || 10 nihil L || 13 temperaretur L, -peretur *rell.* || 16 qvo *om.* LGα || 22 quam βV || 24 in 1. *om.* L || 25 posuit (primum *add.*) Zeune: posuimus *codd.* || 28 an *add.* Zeune || 29 sit in *mg.* V, *sscr.* FB' (*del.* ?) || 30 etenim FG, enim *rell.* | <hoc> proficit FB' || 31 quam

rationem futuris quaestionibus collocari. quoniam ergo dictura est concedi sibi debere aliquot dies, ut puellam recipiat, et hanc adiungit causam, ut suis parentibus reddat: 'uolo enim' inquit 'amicos sic parare beneficio meo' (cf. v. 69). ideo praemisit 'matris nomen et patris', ut 5 ueri simile sit posse hinc parentes sciri, si nomina iam tenentur. denique adiecit et alia signa sibi cognita esse, quia mercator ex praedonibus unde emerat se audisse dixerit abreptam esse e Sunio. 'Sunio' autem intelligit locum prope Athenas iuxta mare collocatum. redit rursus 10 ad affectum, quod dicit sibi carissimam esse puellam, cum mater sic eam educauerit, ut opinione populi filia diceretur. inde narrat discessum suum: excitat enim, quod cum hospite Athenas uenerit, qui sibi haec omnia, quae habebat meretrix, dereliquit. quam rem quidem non sine 15 causa uidetur adiecisse, sed ut ostenderet, quanta semper mercede dilecta sit, ut adulescens intelligat, non se maximum munus dedisse, cum uideat tantum donari meretrici. hoc quidem seruus negat factum dicens et dominum multa donasse. concedit mulier et ad narrationem redit et dicit 20 profectum militem amatorem suum <et> ad adulescentem Phaedriae notitiam se nunc peruenisse. qua in re commendat animum, cum dicit 47

127 TVTE SCIS POST ILLA QVAM
INTIMVM HABEAM TE ET MEA CONSILIA VT TIBI CREDAM
OMNIA. pergit narrationis partes uniuersas complere, quod 25
mortua matre frater materna bona inuaserit, uirginem uenundederit et speciosam ac peritam artis, quod fidibus sciret, deinde quod eam ille amator suus emerit miles, quod uenerit et irascatur, quod meretrix coeperit alium amatorem habere. hic intelligendum acriter illud est, quod 30

(*sser.* uel cum) *F*, cum *rell.* || 2 debere sibi α || 6 parentis (*om.* sciri) *LV*¹ || 9 Sunium 2. *F* | intelligüt *G*, -gitur α || 10 locus .. collocatus α || 12 eam sic *FG* α || 14 uenerit <rite> α | qui *G*, quae *rell.* || 15 <illa (-i *VB'*)> meretrix α | derelinquit *LG* | <illa> non α || 19 et *om.* α || 20 dedisse *FG* | concedit *W.*: -tendit *codd.* et 1. *B'*, *om. rell.* | redit et (ac *FG*) | rediens α || 21 et *add. W.* | ad *om. LG* || 22 se nunc *Westerh.*: sed hunc *LF* α , se *G* || 25 pergunt *G*, per^{git} igitur *V*

supra (v. 46) dixit 'te amatorem interea loci cognoui', ut ideo miles puellam tanto pretio emerit, quod sciret se tantum amari a meretrice, quippe cum eam sic reliquisset, quae adhuc nullum haberet amatorem. ergo consequenter hodie irascitur miles, posteaquam inuenit meretricem cum hoc amatore. hoc ergo adiungit **58** FINGIT CAVSAS NE DET SEDVLO. et hoc temperate: ostendit hoc militem uelle, ut praeponatur alteri amatori. qua re accepta se pollicetur munus miles quod comparauerat do-
138 naturum. — **59** SI FIDEM HABEAT SE IRI PRAEPOSITVM **10** TIBI hoc est: si accipiat fidem <me> ipsum praeposuisse tibi **60** APVD ME AC NON ID METVAT duo sunt 'si fidem habeat' et 'si non metuat'. quid autem metuat? NE VBI ACCEPERIM SESE RELINQVAM. hic iam causas petitionis ostendit: hoc enim petitura est meretrix, ut paucos interim **15** dies, quousque puella dono detur, miles apud meretricem in amore praeponatur. finita narratione concludit ad suspicionem nescio quam exitum narrationis, quod idem miles iam omisso amore meretricis nunc uirginem diligit: hoc
142 enim dixit **62** SED EGO QVANTVM INTELLEGO AD VIRGINEM **20** ANIMVM ADIECIT. petit rursus Phaedriam, ut paucos dies sibi commodet, quibus prior esse apud se miles possit. dicit causas quod soror dicta est, quod uelit parare amicos beneficio suo. sed post haec iratus adulescens redit ad accusationem uehementer, quo eam declarare possit in-
25 gratam enumeratque beneficia sua uel quae praestiterit uel quae parauerit. quibus accusationibus meretrix uicta, quo facilius adulescenti persuadere possit, quod antea postulauerat, dicit se ei ad omnem uoluptatem commodare consensum, ne eum aliquo offendant. qua re uictus adu-
30

1 dixit <postea miles> te L || 4 quae FG, cum *rell.* | haberet nullum FGα | ergo FB', ego *rell.* || 8 acceptasse L, concepta se G, concessa se FV¹, concessū se SV², concessisse B' || 9 miles munus VS || 10 ire LGV || 11 me *add. Lindenbr.* | ipsam F, *om. L* || 16 <a milite> puella donetur <sibi> α || 17 a suspicione nescio quem FGα || 18 narrationis W.: narrantis *codd.* || 22 esse *Lindenbr.*: is (*om. G*) *codd.*

lescens omnia se quae meretrix uellet facturum esse promittit et monet, ut memoriam sui nominis teneat. quo discedente ista secum loquitur, quod uehementer diligat Phaedriam neque aliquid callide fecerit, sed cuncta ratione compleurit.

5

II.

1.

- 207 **1** FAC ITA VT IVSSI DEDVCANTVR ISTI haec scaena tenet prima parte mandata serui 'ducantur ad meretricem
 208 et illa dona, quae ante comparau'. — **2** SATIN HOC MANDATVM EST TIBI aperte, inquit, dicta sunt tibi ista? —
 209 **3** ROGARE QVASI DIFFICILE SIT sensus est: quasi quid me
 210 fugerit, sic interrogas. — **4** VTNAM TAM ALIQVID INVENIRE FACILE POSSIS PHAEDRIA QVAM HOC PERIBIT sensus: tam facile utinam lucri aliquid inuenias, quam facile
 214 istuc amittes. — **8** ET ISTVM AEMVLVM QVOD POTERIS AB EA PELLITO mandat adulescens seruo, uti munus suum uerbis
 216 ornet et militem meretricis amore discludat. — **10** <ETSI> NVLLVS MONEAS hoc est: etsi non moneas, quod alio in loco (*Hec. I 2, 4—5*) ait 'nullus dixeris, alias ut uti possim causa hac integra'. — **19** DI BONI QVID HOC MORBI EST seruus confirmatus dat consilium domino, ut rus pergat, quia meretrici ante promisit. secum loquitur conquerens fortunas domini: quae est allocutio sola continens dolorem. generaliter tractat tamen, cum non tam de domino quam de amore conqueritur. — **24** MIRVM NI EGO

1 meretrix quae *L* | promittit <adulescens> *L* || 2 quo discedente *W.*: quod inscident et (q- i- om. *G*) *codd.* | ista *Schoell.*: ita *codd.* || 8 et *L*, om. *rell.* | comparau *B'*, -uit *rell.* || 9 tibi ante dicta *FG* α || 10 rogitare *FG* (= *Ter.*) | <si> quid *B'SV*² | me om. *G* || 11 fugerit] fuerit *G*, fugiat *F*, -git *rell.* | difficile ante sic *add. G*, post interrogas *rell.* | TAM om. *LGVS* || 14 istud α | amittes *V*²*S*², -tis *rell.* || 15 ut *FG*² α || 16 <ab> amore α || 18 ut om. *L* α | uti om. *G* | possum *LGBV* || 20 confirmat *L*, -mans *F* || 21 antea α | <cum (con- *V**S*, col- *GB'*)> loquitur *LG* α || 23 tamen] tande *G*, de *L*